Kazimirus dei gracia Rex Polonie Magnusdux Lithwanie et heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus
expedit universis. Quomodo cupientes Civitatis nostre Cracovien condicionem facere meliorem ipsique penurie et defectibus misericorditer
subvenire ut nostris suffulta munificenciis tempore nostri felicis regiminis uberius respirare valeat et felicia incrementa mereatur. Omnibus
et singulis ipsius Carnificibus eam inhabitantibus boves tot et tantos quot in eorum macellis poterint et eis suffecerint de mactando
Extra limites quoque Regni nostri non pellendo. Adquod Consules prout de ipsis confidimus fideliter tenentur aspicere ne per incuriam per
ipsum circumveniamur velud super eo consciencias eorum oneramus. De Terris nostris Russie puta Premislien et Jaroslawien etc.
directo tramite versus Cracoviam per Rzeschow et Ropczycze et consequenter per loca consueta. Non declinando Sandomiriam se-
cure et sine quovis impedimento et arresto pellendi. et cum eisdem proficiscendi plenam damus et omnimodam presentibus concedimus li-
bertatem. Solutis tamen nostre Thelonio in Ropczycze et aliis ubilibet undique per eos solvi solitis et consuetis. Absolutis
et denovo acquisitis Theloneis [illegible] oppidum [illegible] [illegible] et [illegible] eos expresse liberamus. Hoc eciam addito et
adiuncto. Et si eosdem Carnifices de Terra Sandomirien boves pellere contigerit versus Cracoviam Extunc eosdem boves peller
et debent pellere directo tramite per Czasnow et ffrischtath. similimodo ut de Terris Premislien et Jaroslawien predictis Extra
limites eosdem non pellendo sine quovis impedimento et arresto. Passuum quoque et poncium nullius Thelonei solucione exhibita
Ad nostre dumtaxat beneplacitum voluntatis plenam damus et omnimodam pellendi concedimus facultatem. Vobis igitur
universis et singulis Regni nostri Capitaneis Tenutariis Burgrabiis Woyewodis Procuratoribus Viceprocuratoribus Advocatis
Consulibus Thelonearis Passuum locorumve custodibus eorumque vicesgerentibus presentibus requirendis firmis nostris Rega-
libus damus in mandatis nulla [illegible] volentes racione quatenus prefatos nostros Carnifices de Cracovia circa hanc eorum ipsis
concessimus inviolabiliter conservare debeatis libertatem. In contrarium nichil penitus attemptantes nec eos ad aliquas soluciones
indebitas et inconsuetas trahere et artare presumentes nostre gracie sub optentu. Harum quibus Sigillum nostrum presentibus est
subappensum testimonio literarum. Datum Cracovie ffeira quarta In vigilia divisionis Apostolorum [illegible]

Carnificibus fac[ultas]
de Terris Russie
boves pellendi da[tur]
facultas
ab [illegible] theloneis
liberantur
absque solucione Thelonei
Vobis
ad nullas solucione
indebitas trahere prohibentur

Kazimirus dei gracia Rex Polonie Magnus dux Lithwanie et heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus
expedit universis Quomodo cupientes Civitatis nostre Cracovien condicionem facere meliorem ipsamque premiis et defectibus misericorditer
subvenire ut nostris suffulta munificencijs tempore nostri felicis regiminis uberius respirare valeat et felicia recipere incrementa Omnibus
et singulis ipsius Civibus eam inhabitantibus boves tot et tantos quot in eorum macellis poterint et eis sufficient de mactari
Extra limites quoque Regni nostri non pellendo Adquod Consules prout de ipsis confidimus fideliter tenebunt aspicere ne per nemnem ipsam pro
num circumveniamini veluti super eo consciencias eorum oneramus De Terris nostris Russie puta Premislien et Jaroslawien etc.
directo tramite versus Cracoviam per Rzeschow et Ropczyce et consequenter per loca consueta Non declinando Sandomiriam Se-
cure et sine quovismpedimento et arresto pellendi et cum eisdem prosperandi plenam damus et omnimodam presentibus concedimus li-
bertatem Solutis tamen nostre Theloneis in Ropczyce et alias ubilibet eundum per eos solvi solitis et consuetis Absolutis
et de novo acquisitis Theloneis [illegible] oppidum [illegible] et Granarie eos eximentes liberamus Hoc eciam addito et
adiuncto Et si eosdem Cives de Terra Sanocen boves pellere contigerit versus Cracoviam Extunc eosdem boves pellere
et debent pellere directo tramite per Crosno et Frischtath similimodo ut de Terris Premislien et Jaroslawien predictis Extra
limites eosdem non pellendo sine quovismpedimento et arresto Passuum eciam et poncium nullius Thelonei solucione exhibita
Ad nostre dumtaxat beneplacitum voluntatis Plenam damus et omnimodam pellendi concedimus facultatem Vobis igitur
universis et singulis Regni nostri Capitaneis Tenutarijs Burgrabijs Woyewodis Procuratoribus Viceprocuratoribus Advocatis
Consulibus Theolonearijs Passuum locorum ve Custodibus eorumque vicesgerentibus presentibus requirendis firmiter nostris Rega-
libus damus in mandatis nulla [illegible] volentes racione quatenus prefatos nostros Cives de Cracovia circa hanc graciam ipsis
concessimus inviolabiliter conservare debeatis libertatem In contrarium nichil penitus attemptantis Nec eos ad aliquas soluciones
indebitas et inconsuetas trahere et artare presumentes nostre gracie sub optentu Harum quibus sigillum nostrum presentibus est
subappensum testimonio literarum Datum Cracovie feria quarta In vigilia divisionis Sanctorum Apostolorum Anno domini Millesi-
mo quadringentesimo quinquagesimo primo

Relacio Magnifici Johannis de Co-
niecpole Regni Polonie Cancellarii

Sanconibus sine
de Terris Russie
boves pellendi [illegible]
facultas
at [illegible] thelonei
[illegible]
absque solucione Thelonei
Voles
ad nullas soluciones
indebitas trahere [illegible]
1451
f. 4 in vigilia Divisionis
SS. Aplorum



1 4 5 1

Tantummo Ciuibus Cazimiriensibus libertas datur quod per eorum ciuitate pelle boues pos-
sunt tot quot per eosdem demunctari possunt
Et a theloneis conuiuum passim et aliis
quibuslibet libertatum

Cazimiriensis [illegible]

[illegible]

L00

[illegible]

1451

[illegible]

No 410

H

1451